



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies  
Distribvtis**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1637**

S. Conon Mart. 29. Maii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44055**

bant. Clotharius, quod virum sanctum parum ci-  
vili pro foribus morâ fatigasset, injuriam febri  
luit, quâ modestior factus, postridie S. viri pallio-  
lum osculis trivit, eoque intestinum ignem extin-  
xit. Unicam literulam chirographi ejus delinxif-  
fe, monacho biennium ægro saluti fuit. Fugien-  
tem animam illustris femina filo de viri veste ra-  
pto retraxit. Alteri jam exanimi cum frigidâ vi-  
tam infudit. Unicâ voce flamas sopivit, Crucis  
signo compedes solvit, pupulatores agrorum ur-  
fos extinxit, totas dæmonum catervas fugavit. Et  
tamen hic morborum, & ipsius adeò mortis  
triumphator, obitûs sui diem non animo modò,  
sed oculis etiam ingerere non destitit; hoc ad le-  
sti spondam epigrammate affixo, V. KAL. Jv-  
NIAS: id quod spectaret non antè intellectum est,  
quam eodem die octogenario proximus decede-  
ret. Tu, si sapis, ne incerta hora te mortis fallat,

E.P.

*Omnem crede diem tibi diluxisse supremum.*

Ex Surio.

Homo lenocinantem mundi gloriam sub judicii sui  
calcibus deprimat, virorem carnis aridum jam pul-  
verem credat, diem sua vocationis tanquam specu-  
lum suis obtutibus semper anteponat, districtum ulti-  
ma discussionis judicium contremiscat. S. Pet. Dam.  
1.1.ep.17.

S. CONON MART. 29.Maii.

N Obilitatem Cononis inde æstimo, quod  
totis elementis imperavit. Nam & ruentis  
fluvii impetum tam diu suspendit, dum homines  
otiosi transirent; & aliâs latè campos inundantem  
ad modestiam revocavit veteresque riparum le-

<sup>29.Mai</sup>  
ges. Sed adeste & parentes, & filii, & officium ve-  
strum discite. Ecce XII. annorum filium patre-  
cum ad tyrannum dicit, idque orat, quod pauci  
orant parentes: *Liceret secum mori filium videre, ne  
ante se etiam; suave sibi fore etiam contra aliorum pa-  
rentum vota, filio oculos claudere.* Sciret judex torum  
**C**ONONEM non moritum, si in filio, hoc est, in di-  
mida*sui*, viveret. Itaque simul filium neci-daret, fin-  
tum occisum patrem vellet. Nec verò non lubens co-  
mes iverat ad mortem patri filius, utique sic scipi-  
fessæ, & morientis ætatis. Sed & facili aure pre-  
ces tyrannus audivit. *Quare utrumque in craticu-  
lam abjicit, igne subiecto formidandam; in plu-  
mis dices moliter decumbere. Oleo bulliente  
flammis perfundit; inungi ad luctam crederes. In  
succensam fornacem immittit; ut inter homon-  
cum patre filius deambulat. Suspendit patrem,  
appendit dulcem appendicem filium; flamma  
iterum subdit, manus invictas malleis frangit. In-  
tereà canere illis arrisit; vis nosse quam suaviter  
non dubitavit vocem illis suam Angelus junge-  
re, quam ut primùm illi audierunt, non placuerat  
jam morari in vitâ, illuc abierunt ubi canere An-  
gelos nunquam non audirent. *Ex Baron. En P.  
de Natal.**

*Frustra appellamur Christiani, si imitatores in-  
sumus Christi, qui ideo se viam dixit esse, ut au-  
satio Magistri forma esset Discipuli, & illam humilia-  
tem eligeret servus, quam sectatus est Dominus. S. Leo  
serm. 5. de Nat. D.*

B. ANDREAS DE CHIO M. <sup>29.Mai</sup>

**A**NDREAM habes MARIAE, ut paucis dicam  
corculum. Juvenis annos natus XXVII. cu-  
<sup>feb</sup>